n.3.vel quando res integra non eſt,quia ſecundus donatarius donum accepit, Hermoſ.n.11.Pat.Molin.n. 12. Iul. Clar. num 5.Sanch.num.10 per quod tacita inducitur acceptatio,quæ ad donationis perfectionem ſufficit; Tiraquel,de Conſtit.p.3.lim.30.n.11.Gozadin.conſ.42. Mieres part. 1.q. 36. num. 22. Sanch. num. 4.

Verſ. *Quintò, Bartoli ſententia.*

30 Hoc verum eſt,interveniente donatarij acceptatione, alias donatio inter vivos liberè licet revocare, Sanch. *de matr. lib.1.diſp 6 à nu 2.*ubi latiſſimè Hermoſ.*in l.4.gloſſ. 1.n.27.tit.4.p.5.*apud quos plures,cũ adhuc perfecta non ſit, ut dictum eſt *ſupr.n. 1. cum ſeqq.* Hermoſ. cum, plurimis *num.* 18.

Verſ. *Primum. ſanè.*

31 Præſens aſſertio proculdubio procedit,atque ita docent Hermoſ.*in d.l.7.gloſ.4.num.*17. Mantic. *de tacit. convent. lib.13.tit.48 num.9.verſ.* Siverò,Gratian. *diſceptat forenſ. cap.405.n 27.27.& d.cap.575.num.*12.Pat Molin.*num.*18

Ad num. 9.

32 Recedit ab hac ſententia Hermoſil.*d.gloſſ.4.nu.* 11.aſſerens, verius eſſe, non poſſe donatarium implere modum,poſtquam donatorem pænituerit.Quod verum erit, quando donator ex implemento modi aliquod incommodum ſenſerit,ut in caſu *d.l.ſi cum fundum*, alias contrariũ cum D.Couarruuias *hic*,tenendũ eſt;ſiquidem donatarius etiam invito donatore poterit re donata pro ſuo arbitrio uti,&gravamen ſponte exequutioni mancipare,v.g. Si Stichus ſit donatus ut poſt quinquennium liber fiat, ſi donator ante illud tempus mutaverit voluntatẽ,donatarius manumittere non aſtringitur;*l.1.C.ſi mancip.ita fuer. alien.*poterit tamen ultrò,quinquennio tranſacto, Stichũ libertate donare; nec obſtabit prohibitio donatoris, qui non potuit poſt perfectam donationem gravamen manumittendi tollendo,novum non manumittendi inducere,
33 cùm in re ſua quilibet ſit moderator,&arbiter;*l.in re mandata 21.C.mandati,d.l.perfecta*; igitur donator revocans pactum in alterius favorem donatarium principalẽ exoneret, ſed non impedit ut de re ſua ad libitum diſponat Atque ita tenent Cancer.*d.cap. 8. n. 52. verſ. Vt autem*, Mantic. *dict. lib 13.cap. 43. num.* 8.

34 Quod autem dicitur, pænitentiam donatori eſſe permiſſam quoad Tertiũ,in cujus utilitatem pactus eſt, intelligitur, niſi hujus acceptatio ſubſequatur;Gregor.Lop. *in d.l.7 gloſſ.*4.Cacheran.*deciſ* 85 *n* 49.Molin. *d. cap.* 2. *n.*74.*verſ.In primo caſu*,Sanch.*num.*3.Iul. Clar.*n.* 5. Her-
35 moſ.*d.gloſſ.4.num.*4.Gutierr.*ubi ſup d.n.*6.vel aliud impedimentum obſtet, veluti ſi ad commodum infantis, aut ejus,qui in utero eſt,modus adijciatur; nam donatio his facta,ut irrevocabilis ſit non indiget acceptatione, Molin. *d.lib.4.cap.2.num.*75.Fontanel.*d.clauſul* 4.Hermoſ. *n.* 14. Sãch *n.4.in fin* Mantic.*d.lib.13.tit.20.n.*5.Decian.*conſ.*1. *lib* 3.Mareſcot.*variar.lib 2.cap.20.n.1.2.*Cãcer.*d.c.8.n.*58.

Idem quod de donatio de ipſius hærede dicendum eſt nam ſi ſecundus donatarius ante primũ decedat,ad ſuos hæredes commodum donationis, quam acceptaverat, transfert; nec evaneſcit ſubſtitutio,etiam ſi nondum venerit caſus,in quo reſtitutio fieri debet;Cancer.*d.cap.* 8. *num.53.& part.3.cap.21.n.*95 Dec. *conſ.* 427. Berengar. Ferdinand.*in cap.unic.de fili.nat.ex.matrimon.ad Morgan. contract,cap.*10. *prælud.n.*9. 10. contra Peregrin. *de fideicomm.art.51.n.*20.Alciat. *conſ.*3. *lib.* 8. *tom.* 3. Avend. *in in l.* 40.*Taur gloſſ.* 18.*n.* 23. Imò ſi donatarius moriatur, antequam acceptet,ſucceſſor poterit acceptare iuxta tradita per Hermoſ.*in l.4 gloſ.1.num.53.tit.4.p.5*,maximè,ſi Notarius defuncti nomine fuerit ſtipulatus; Anton Fab. *decad.47.error.5.&47.error* 5.Seraphin.*deciſ.*801 *n.*4. Molin *d. c. n.* 77. *verſ. Similiter.*

Ad Num. 10.

36 Sequuntur D. Couart.*in præſenti* Pat Molin. *diſp.* 265. *n.*11. Mantic.*d.tit.48.num.*12.Sanch.*d.dub.*1. 7. Gratian. *d.cap.575.n.*13.Mieres *p.1.q.22.n* 37.Trentacinq.*d.reſol. 1.tit.de donat.n.14.in fine,cum ſeq.*Hermoſ.*d.gloſſ.4.n.*9.Sed tamen ea limitatio non videtur admittenda ad doctrinã Bartoli ſecundũ eos,qui docent,juramento non revocandi donationẽ,non effici irrevocabilem ante acceptationẽ quos referunt Hermoſ.*in d.gloſ.1.n.*41.Sanch.*d.diſput.7. num.*24.nam ſi ſecluſo juramento deſideratur acceptatio ſecundi donatarij ad irrevocabilitatem pacti idem erit dicendũ,licet accedat juramentum,quod naturam actus ſequitur,cui adhæret;*l.fin.C.de non num. pecun. l. fin. ff. qui ſatiſd. cogant.l.27.tit.11.p.3* Sanch.*num.* 24 Guttierr. *in d.cap.quamvis pactum,in princip.num.*55.Quæ ratio æquè urget, ſive donator juraverit non revocare donationem, in qua pactum fuit appoſitum, ſive pactum ipſum.

Ad Num. 11.

Ex *d.l.quoties*,neque utilis actio, neque jus aliud ante 37
acceptationem ſecundi donatarij ei quæritur,Hermoſ.*d. gloſ.* 4. *nu.* 3.*in fine.*Ant.Fab.*in Cod. tit. de donat. q. ſub. mod.defin.*2.& ſentiunt laudati *ſupra, num.* 23. licet con- 38
trarium probet Ant.Gom *in l.*40.*Taur. num.* 30.maximè de jure Regio,cum nulla obligatio civilis, aut naturalis oriatur ex donatione non acceptata; ut latè probat Sanchez *dict.diſp.7.à princip.*maximè *num.* 18. 21. ubi idem eſſe de jure Regio defendit,non obſtante *d.l.1.tit.16.lib. 5.Recopilat.*Obligatio autem parit actionem,quæ ſine illa 39
ſubſiſtere non poteſt,*l. ſed & ſi lege*28. *§ conſului, ff. de petit.hæredit.* Menoch.*conſ.*231. *num.* 29. Nec acceptatio primi donatarij quoad ſecundam donationem attenditur nam ſecundum Menoch.& alios, quos ipſe refert, *conſ.* 1153.*num.*2.prima donatio,ac ſecunda,ſunt diſtinctæ; & quælibet principalis,quare conſenſum ejus,cui donatur, deſiderat:Sanchez *d.dub.1.num.*3.Cabed.*deciſ.5.p.2.num.* 3. Hermoſil.*ubi proximè*,nec inter illas in hoc aliqua reperitur differentia,Molin *d.c.2.nu.* 74. *verſ. In primo caſu.* Atque ita,ſicut nulla actio,aut obligatio quæritur primo donatario ante acceptationem;ita nec ſecundò:quicquid diſtinguat Anton. Gom.*ſupra.* 40

Eſt communis opinio, quæ habet, etiam ſtipulante Notario pro abſente, ante ratihabitionem poſſe donationem revocari,Sanch. *d. dub.* 1.*n.* & *d. diſput.*7.*n.* 11. Alciat.*in c.cum contingat,el tercero, ad finem, de iu ejur.* Molin.*d.c.2.num.*19.74. *cum alijs.*Tiraquell.*de conſtit. p. 3.lim.10.num.*8.Theſaur.*deciſion.Pedemont.*70. *num.* 3. 4. Sed magis communiter *D.Covarruvias* ſententia contraria recepta eſt,quam tenent Tondut.*Caro ic.quæſt.c.* 83. *num.*11 Hermoſ.qui plures laudat.*de gloſſ.4.num.*10. Flores de Mena *in Addition.ad Gamam, deciſ.* 8. *verſ. Vide ſi igitur*,Ludovic.*deciſ.* 567. *numer.* 3.Cacheran. *de iſ.* Pat. Mol.*diſp.265.num* 10.Iul.Clar.*d q.13.num.* 5.Cancer. *d. cap.8.num.52.verſ.Quam tamen.*Menoch.*conſ.92.num.*76. Ant.Gom.*ubi proximè*,Coſt.*de re integr.c.79.num.* 5. qui ferè omnes in ſpecie *d.l.quoties*,loquuntur, quibus adde Cyriac.*tom.2.controverſ.*321 *per totam*,ubi à *num.*24.probat idem eſſe in contractibus ultro, citròque obligatorijs, quod etiam tradit *D. Covarru.* commune eſſe affirmans.*in rubric. de teſtamen.p.3 n.* 18. Neque obſtat ratio Sanch.*d diſput.7.num.* 12. ubi oppoſitum ſentit, cum alijs ſiquidem non eſt inconveniens, ut contractus claudicet ex contrahentium voluntate, cùm poſſit unus ſe aſtringere ex parte ſua abſque eo,quòd alter ſibi obligetur 41
l.ſicut.23.§.1.cum l ſeq.ff.locat Menoch.*conſ.697 n.*2. Quæ facilius procedunt iure Regio ex *l.2.tit.16.lib.5 Recopilat.*

Ad Num. 12.

An nondum ſequuta ratificatione ex ſola Notarij ſti- 42
pulatione acquiratur Tertio actio utilis? eſt etiam quæſtio dubia,de qua Cyriac.*ubi proximè à num.* 3. Cevallos *q.* 54.qui duas communes contrarias refert. opiniones, & verius ac communius eſt,non acquiri;Ludoviſ.*ubi ſupra*,Mareſcot.*variar. lib.* 2. *cap.* 20.*num.*1.Roland. *conſ.* 19.*num.*28. *lib.*1.Sed in caſu.*d. l. quoties*,acquiri ante acceptationem actionem,tenet Menoch. *à n.* 76. ubi alios refert;tamen verum non eſt ex dictis *ſupra,n.* 39.

Licèt

Licèt Statuto permittatur, quod alteri per alterum ſti-
43 pulerur: ut ex ea ſtipulatione ſive ceſſione agi poſſit, ratihabitio deſideratur; Sanch. ex alijs. *d. diſp.* 7. *num.* 11. Molin.*d. c.*2. *num.* 63. Caſtrenſ. *conſ.* 171. *num.* 5. *lib.* 2. Sed eo ipſo quod agit, quis ratificat; Mareſcot *ſupra, lib.* 1. *cap.* 81. *n.* 14. Deci. *conſ.* 367. *num.* 3.

Ad Num. 13.

Quod de jure Regio alteri per alterum poteſt ſtipulari, probavimus *ſupra, num.* 9. Non pauci ſentiunt, quod
44 extante *d. l.* 3. *titul.* 8. *lib.* 3. *Ordinam.* quæ eſt *d.ll.* 2. *titul.* 16. *lib.* 5. *Recopilat.* donatio abſenti facta nequit etiam ante acceptationem revocari; Anton. Gom. *d. cap.* 4. *num.* 3. *in fine*, Pat. Molin. *ſupra, diſput.* 365. *in fine*, Parlador. *rer. quotidian. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 36. Roderic. Suar. *in l. quoniam in prioribus, quæſt.* 8. *num.* 7. *C. de inoffic. teſt.* Cevall. *quæſt.*54.*num.*13.Dueñ. *reg.* 119. *limit.* 1. Matienz. *in l.* 7. *gloſſ.* 2. *num.*21. *titul.*10. *lib.* 5. *Recop.* Dida. Per. *in l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 3. *Ordinam.* Angul. *in l.* 1. *gloſſ.* 5. *num.* 28.& *gloſſ.* 8. *num.*17. *in fin.tit. de las mejoras*, Palac. *lib.* 5. *de contract b. cap.* 1. §. *ut meam*, & alij apud Sanch. & Hermoſ. ſtatim laudandos.

Contrarium tamen, ut D. Covarruvias, & pleriſque placet, uſúque magis receptum eſt, tenent Hermoſ. *in l.* 4. *gloſſ.* 1. *num.* 27. *tit.* 4. *p.* 5. Guttier. *in cap. quamvis pactum,in princip. num.*53 *de pact.in* 6. Molina *d cap.*2. *n.* 60. cum. alijs Sanch. *ſup. diſput.*6. *num.* 18. Cancer. *d. cap.* 8. *num.* 24. Olan. *in concord. lit. D. numer.* 43. Avendañ. *in c. Prætor. part.* 2. *cap.* 19. *num.*11. Noguer. *alegat.*21.*num.* 6. Salgad. *in labyrinth credit. part.* 2. *cap.* 26. *à nu.* 60. Caſtill. *controverſ. lib.* 4. *cap.*37.*num.*39.& *lib.* 5.*cap.* 152. *num.*19. Mieres *de majorat.part.* 1. *quæſt.*36.*à num.* 2.& *qu.* 68.*nu.*11. Menchac. *de ſucceſſion.creat.lib.* 3. §.21. *num.* 43. Burg. de Paz.jun *in ſuis q.civil.qu.*10 *n.*23 45.Azeved.*in d.l.2.Recopilat.n.*20. *in fine*, Villalob.*in antinom.jur lit.D.n.*173. 176.

Quas ſententias concordat *Hermoſ.* aſſerens; primam veram eſſe,ubi donatorem voluiſſe ſe obligare ante acceptationem conſtat;ſecundam, quando id non apparet.

45 Hic obiter libet advertere in prædicta controverſia, D. Covarruvias pro utraque parte, quaſi ſibi contrarium allegari; ut faciunt Hermoſilla, & Parlador. *rer. quotidian. lib.* 2.*cap.*3.*n.*33. 34. ſed locis, in quibus pro adverſa parte citatur attentè perlectis, apparet, nunquam aſſeruiſſe contra id, quod in præſenti fatetur apertè, nam *in cap. quamvis pactum, part.* 2. § 4.*num.* 25.*de pact. in* 6. aliorum refert exiſtimationem, quam non eſſe fundamento deſtitutam duntaxat oſtendit, ſic ille: Alijs videbitur,& id jure æquiſſimo, lege Regia probari priorem *Abbatis* opinionem, & ex ea dari actionem pollicitationi, naturalemque obligationem. Atque ideò inquit Parlador. *d. num.* 33. D. Covar. ibi ſubdubiè, ac nutanter fuiſſe loquutum, & in ſuam ſententiam inclinare videri. Alter locus extat ſub *hoc capite, nu.* 2. *in fine*,in quo nullum verbum de revocatione donationis, ſed agit de actione, quæ Tertio abſenti datur ex conventione inter alios inita,& adhuc dubius loquitur, utens verbo, *videtur.* Hæc non abs re dicta ſunt,ne aliquis putaret,hac in re tantum virum palinodiam ceciniſſe.

Verſ. *Secundò deducitur.*

Adde Hermoſ. *d.gloſſ.* 4. *n.* 2. 3. 10. pluresque laudatos *ſupra, à n.*37.ſecundum quos,per ſtipulationem Notarij ſit donatio irrevocabilis; ſed ante acceptationem nihil quæritur abſenti

Verſ. *Tertiò apparet.*

Vide Guttier.*practic. lib.* 2.*q.* 52. *n.* 6 Fontanel.*de pact. nuptial.b.c.clauſ.4.gloſſ.9.part.1.n.4.5* Menoch.*conſ.*286 *n.*14. Mantic.*d. lib.13 tit.* 48. *à n.* 9.Cancer.*d.c.*8.52. & in majoratibus poſtquam primus acceptaverit, non eſt locus revocationi in præjudicium vocatorum, quamvis donator, ac donatarius conſentiant, ſi irrevocabiles aliàs ſint: juxta *l.*44.*Taur.* Hermoſ.*in d.l.7. gloſ.* 4.*num.*15. Ceval.qui plures laudat, *q.* 249. *num.* 4.

Verſ. *Quartò ſubinfertur.*

Ex ſtipulatione pro abſente facta ante ipſius accepta- 46
tionem nullam oriri obligationem, maximè ſi perſona publica, ut Notarius, non fuerit ſtipulatus, docent Sanch.*d. diſp.7. n.* 18. & alij apud eumdem. Quare poterit promiſſor à converſis, invito ſtipulatore, cujus nihil intereſt reſilire; Molin.*d.diſp.265.num.* 10. & dixi *ſupr.n.* 24. Neque refert, quod verba promiſſionis dirigantur in præſentem, ex quo ei ejus quæſitum videtur, ne abſque ipſius conſenſu liceat actum revocare: Nam ubi nulla utilitas ſtipulatoris verſatur, verbo tenus eidem promittitur, & effectus,exequutioque tota obligationis in abſentem confertur, ut conſiderat Sanch. *ibidem*, pro quo faciunt *d.l.* 3 *ff.de ſerv. export.l* 3. *ff. qui ſin. manum.* Sed ſtipulante Notario; revocari non poſſe verius eſt,ut dixi *ſup.n.* 40. etiamſi ejuſdem acceſſerit conſenſus, quoniam abſentis conditionem meliorem, non deteriorem facere hujuſmodi publicæ perſonæ poſſunt; quod utilitatis cauſa receptum eſt: ſtipulatio enim hæc proficit ad irrevocabilitatem, non ad acquiſitionem; Mareſcot.*lib.2.c.20.n.*2.Ludoviſ. *deciſ.567.num.*3. Roland. *conſ.* 19. *n.* 28. *lib.* 1.

Verſ. *Secundo loco.*

Pichard *in d.§.alteri,à n.* 24. hanc declarationem admittendam non eſſe ſentit, probans,in *d. l. quoties.*per donatoris ſtipulationem actionem ſubſtituto donatario non quæri; ſed ſpeciali favore conceſſum eſſe illi,ut agere contra primum donatarium poſſit ex voluntate ejus, qui donavit: ut cumque ſit, donatio ante acceptationem poterit revocari.

Verſ. *Tertiò eſt conſiderandum.*

De hoc Sanch. latè *d. diſp.7. à n.4.* & *n.* 6. congerit per- 47
ſonas, quæ pro alijs poſſunt ſtipulari, adnotans, ad ſtipulandum requiri ſpeciale mandatum, ex Gloſ. *verbo, habuerit,in c. tibi abſenti, de præb.in* 6 ex D.Covar.*infra lib.* 3. *c.* 16.*n.*4.Burg.de Paz.*ubi proximè,d.q.10.n.*12. De quo etiam videndi ſunt latè agentes, Mantic.*ſuprà,lib.14.à tit.* 15. *ad* 28.Robles de Salced.*de repræſentat.lib.* 3. *c.* 18. *à nu.* 40. & quidem jure Regio ſtipulari pro altero quilibet poterit; ſed donatio revocationi, donec ratum habeatur, ſubiace- 48
bit;Hermoſilla *in d.l.7. gloſſ.* 4.*n.*7.& dictum eſt *num. præcedenti.*

Verſ. *Quartum verò ad contractum.*

Aſſenſit Olea *de ceſſion. jur. tit.* 4. *q.* 9.& in *miſcellan.* qui latiſſimè de re iſta per totam quæſtionem diſſerit; cumu- 49
lans caſus, in quibus ſine ceſſione alteri per alterum actio quæritur; & *in d.q.* plurimis laudatis, *n.* 29.reſoluit ex ſtipulatione Notarij, actionem abſque ceſſione abſenti ac- 50
quiri, notans; eſſe controverſum, &ab uſu jam receſſiſſe, cùm rarò practicetur, ut Notarius ſtipuletur pro alio. Regulariter verò, actionem perſonalem, niſi per ceſſionem in ſingularem ſucceſſorem non transferri compertum eſt; ut ex multis probat idem Olea in *miſcellan. n.* 1. & quid de procuratore *in quà n.* 4.

Verſ. *Quartò ex ſupradictis*

Ita Sanchez *ubi proximè,n.*28.Molin *d.c.2.à n.*60.de quo *ſuprà, n.* 44. 45.

Verſ. *Principaliter, & quintò.*

Hanc limitationem approbant, Hermoſ.*d. gloſſ.*4.*n.* 13. ubi alios refert, Pat. Molin. *ſupra numer.* 12. Trentacinq. *variar. lib.* 3. *reſol.* 1. *de donat. n.* 14. *verſ. Declara hanc.*

Verſ. *Quamobrem ut hæc quinta.*

Recedit à D.Covarruvias. *Hermoſ.* cum nonnullis *ubi proximè*, tradens præfatam limitationem abſolutè; ait enim, poſt adventum diei præſcripti, ut pactum in 51
favorem Tertij exequatur, locum non eſſe pœnitentiæ, etſi ſecundus donatarius non acceptaverit: cu-

jus fundamentum eſt, quod cum per *dict. l. Partitæ*, veniente die reſtitutionis, dominium, & poſſeſſio, ipſo jure tranſeant in ſubſtitutum donatarium, jus in re jam illi quæſitum pœnitentia donatoris non eſt auferendum, *l. id quod noſtrum*, 11. *ff. de reg. jur.* Sed hæc conſideratio movere non debet, ut à D. Covarruvias devitmus, nam præterquam quod non omninò compertum eſt, ex *dict. l. 7. Partitæ*, abſque traditione dominium, & poſſeſſionem in donatarium ſubſtitutum transferri, caſu reſtitutionis adveniente, ut conſtat ex notatis *ſupr. ad n. 3. vers. Hanc verò Philippi*, etiamſi id concedatur, debet intelligi præcedente ipſius ſubſtituti acceptatione, per quam donatio perficiatur; atque ita ſicut communiter receptum eſt, etſi conſtitutio illa ſuppleat defectum traditionis, acceptationis neceſſitatem non ſuſtulit; illud enim ad exequutionem contractus reſpicit, hoc verò ad perfectionem obligationis, nec clauſula reſpiciens exequutionem actus, ejus naturam poteſt immutare, Molin. *d. cap. 2. n. 59. 60.* D. Covar. *in rubric. de teſtament. p. 2. n. 39.* Menoch. *conſ. 84. n. 45.* Aug Barboſ. cum plurimis, *in tractat. de claus. uſufreq. clauſ. 60.* unde cum D. Covar. tenendum eſt, donationem non acceptatam per ſecundum donatarium in caſu *d. l. quoties & l. 7. Partitæ*, poſſe revocari, etiam ſi, tempus adſit, quo effectum erat ſortitura, in quam ſententiam inclinat Sanch. *dict. dub. 1. n. 10. in fine.*

Ad Num. 14.

52 Maximè dubitari poteſt de veritate hujus illationis, quoniam oppoſitum verius videtur, admiſſa ut certiore & receptiore ſententia, quæ docet, etiam in donatione facta Eccleſiæ, acceptationem ad irrevocabilitatem deſiderari, de qua Hermoſ. *in d. l. 4. gloſ. 1. n. 28. cum. ſeqq. tit. 4. p. 5.* Sanch. *d. lib. 1. diſ. 6. n. 16.* Mol. *d. c. 2. n. 58.* Ant. Gabr. *commun. lib. 3. tit. de verbor. obligat. conc. 1. n. 27.* qui plurimos referunt, etſi contrarium tueantur alij, quos adducit Hermoſ. *n. 29.* & Tondut. *q. benefic. c. 83. n. 10.* nam cùm in caſu *d. l. quoties*, reſpectu donatarij ſubſtituti vera detur donatio à prima, ac principali diſtincta, Hermoſ. *d. gloſ. 4. n. 16.* eadem in hac, ac in alia qualiter donatione abſolute facta, deſiderantur, Molin. *d. c. 2. c. 74. verſ. Quod adeò*, Hermoſ. *ubi proximè, n. 3.* Igitur ante acceptationem Eccleſiæ liberum erit, donatori pactum in illius favorem adjectum revocare, atque ita in ſpecie tenent Hermoſ. *in d. gloſ. 4. in princ.* Grego. Lop. *ibidem*, Sanch. *d. dub. 1. n. 4.* Molin. *ubi proximè*, Cyriac. *tom. 2. controv. 269. n. 83.* Idémque obtinebit poſt adventum diei ad reſtitutionem deſignati, ut nuper in privato probavimus.

Neque ad rem facit *l. fin. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Quoniam ita accipienda eſt, ut tunc Eccleſia abſque traditione dominium rerum donatarum nanciſcatur, quando donatio ſuam perfectionem fuerit conſequuta; quod non contingit, niſi accedat Eccleſiæ donatariæ acceptatio; quibus addenda ſunt, quæ proximè ad *d. l. 7. Partitæ*, diximus, cum eodem modo illi, ac legi finali, de qua agimus, ſatisfiat. Sed hæc fuit limitanda, quando immediatè promiſſio fit Deo, ut proximè probabitur *num. 55.* nam quod *ibi* de Cauſa pia, etiam de Eccleſia intelligendum. eſt.

53 Non magis urget communis opinio docens, favore Cauſæ piæ poſſe alteri per alterum ſtipulari: Quod quidem verum eſt, ut ſubſiſtat ſtipulatio, alias inutilis, *l. ſtipulatio iſta 38. §. alteri, ff. de verb. obligat.* non tamen ut ſine

54 ratihabitione fiat irrevocabilis donatio, quæ etiam facta favore piæ cauſæ acceptationem deſiderat, Guttier. *in d. c. quamvis pactum. in princ. n. 55.* Molin. *d. c. 2. n. 65.* & cum

55 multis reſolvit Hermoſ. *d. l. 4. gloſ. 1. n. 28. cum ſeqq.* ubi contrarias refert opiniones; & hinc, quàm ſequitur, limitat, ſi in honorem Dei aliquid piæ cauſæ promittatur ita: *Promitto Deo, me daturum tali hoſpitali centum*; nam hæc donatio ſtatim efficitur irrevocabilis, & valet in vim voti; de quo Sanch. *d. diſp. 6. n. 17.* Barboſ. *in l. 1. p. 3. n. 18. 19. ff. ſolut. matr.* Barboſ. junior *in collect. ad l. il ud, num. 16. Cod. de ſacra Eccl.* Bart. *ibi numer. 6.* Roſella, Angel. Sylveſt. *in ſum.* apud *Sanch.* qui obſervat in hoc ſtandum eſſe intentioni promittentis, & in dubio votum præſumi Præterea hoc intereſſe, cum quis obligatur ex voto, aut ex promiſſione, ut homini, facta in favorem piæ Cauſæ; nam primo caſu poterit obligatio tolli, aut commutari authoritate Epiſcopi non conſentiente eo, cujus intereſt, non ſic ſecundo, cùm ſemel fuerit acceptata donatio Eccleſiæ, aut piæ Cauſæ nomine. Ex quibus conſtat, quod etſi modus adjectus ſit in favorem Eccleſiæ, vel cauſæ piæ, poteſt ante acceptationem vocari quocumque tempore ab ipſo donatore. 56

Objicit Hermoſ. *d. gloſ. 4. n. 13.* D. Covar. quod in ejus mentem non venit *d. l. 7. Partitæ*, quando hic conſtituit differentiam inter Eccleſiam, & privatum, quoad deciſionem textus in *d. l. quoties*; ſed non rectè, nam cum D. Covar. *ſupra, hoc c. num. 5.* docuiſſet, ea conſtitutione non obſtante, nec dominium, nec poſſeſſionem in ſecundum donatarium ſine traditione transfire, non ex oblivione, ſed conſultò inter privatum, & Eccleſiam diſtinxit, ob *d. l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* in quo conſequenter loquutus eſt, licet ejus ſententia præcipua jure non probetur communiter, ut *ibi* diximus.

Ad num. 15.

Ex præmiſſis apparet, probabilius eſſe, modum adjectum in favorem piæ Cauſæ, vel Eccleſiæ, poſſe ante acceptationem revocari per ipſum donatorem; & ita tenent Sanch. *d. dub. 1. n. 4.* Molin. *d. cap. 2. num. 74.* Navarr. *in apolog. lib. monit. 60. num. 2.* & alij adducti *ſupra, num. 52. ad medium*, quibus jungendi ſunt omnes, qui docent, donationem Eccleſiæ, vel piæ Cauſæ factam, revocabilem eſſe ante acceptationem, quos cumulant Barboſ. *in dict. collectan. nu. 16.* Guttier. *de matrim. c. 6. num. 6.* & alij laudati *ſupr. d. num. 52. in princ.* nam inter donationem ſimplicem principaliter factam, & eam, quæ per adjectionem gravaminis 57 in alterius favorem fit; nulla eſt (ut ex Hermoſ. Molin. & aliis ſupra obſervavimus) differentia.

Utrum donatio dotis cauſa facta poſſit ante acceptationem revocari? controvertitur; & de quo Menoch. *conſ. 92.* 58 *num. 79.* ubi pro utraque parte aliquos refert, & verius eſt, re integra, id eſt, antequam matrimonium contrahatur, ad quod aliquid dotis cauſa donatum eſt, poſſe pœnitere donatorem; poſtea non utique: Paul. de Caſtr. *in l. ſi ego §. ſi res. ff. de jur. dot.* Bald. *in l. ſi c. 1. C. de action. & oblig.* Deci. *conſ. 35. num. 10. verſ. Et per illum. textum.*

Ad Num. 16.

Interpretatio ad *d. l. ſi ego 10. §. ſi res. ff. de jur. dot.* quam 59 D. Covar. contra Communem tradit, non videtur Ulpiani menti convenire; nam ſi, ut ipſe putat, defunctus non potuit, dum vixit, mandatum illud revocare, neque ejus hæres poſſet, omni dotis favore ſecluſo; ſi quidem quod ipſis 60 contrahentibus obſtat, & eorum ſucceſſoribus obſtare debet; *l. quod ipſis 196. ff. de regul. jur.* ubi Rævard. qui ait, non poſſe melioris conditionis hæredem, quàm defunctum eſſe; ſed ejuſdem cenſetur, *l. hæredem 60. ff. de regul. jur.* Menoch. *conſ. 934. num. 44.* Cyriac. *controverſ. 277. num. 3.* Neque ſpecialitatem contineret, quod hæres compelleretur conſentire alienationi rei fore nuptiis ſequutis, id ad idem donator præciſè teneretur: Nam dominium cum ſua cauſa 61 vadit ad ſucceſſores, *l. ſi convenerit 18. § ſi fundus, ff. de pignor. action.* al. *ex vendito 67. ff. de cont. emption.* Cyriac. *ſup. n. 10.* & hæres regulariter compelli poteſt, ad quod anteceſſor tenebatur; *l. poſtumam 44. ff. ad Trebel.* Cyriac. *num. 7.* Natta *conſ. 430. num. 2.* qui in commodum, & in incommodum 62 æquè ſuccedit, *l. 3. in princ. ff. de bonor. poſſeſſ.* alias plus juris haberet hæres, quam teſtator; contra regulam *l. nemo plus 55. ff. de reg. jur.*

Quibus perpenſis, dubium eſſe non poteſt quin defun- 63 cto donatori liceret, re integra, mandatum revocare; quæ facultas de rigore juris, etiam hæredi competere debebat, qui in omnes jus teſtatoris ſuccedit, *l. num. hæredes 23. ff. de* 64 *acqu. poſſeſſ. l. cum hæres 11. ff. de diverſ. & temp. præſcript.* Angel. *de acquirend. poſſeſſ. quæſt. 10. articul. 6. numer. 3.* Cyriac. *controverſ. 327. numer. 56.* Menoch. *conſ. 108. num. 46.* Nec ex perſona ſucceſſoris natura obligationis immutatur, *l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig.* Cyriac. *dict. controverſ. 277. nu. 5.* Carleval. *de judic. tom. 2. tit. 3. diſputat. 9. numer. 2.* cum defunctus, & hæres juris intellectu una eademque perſona cenſeantur, *Auth. de jurejur. à morien. præſtit. in princ.* Carleval. *ſup.* Merlin *de pignoribus lib. 2 quæſt n.*

65 *66. num. 7.* Menoch. *de præſumpt lib. 3. præſumpt. 47. 1.* Imò potius mandatum illud, mortuo, qui mandavit, ante nuptias ſequutas debebat expirare, *l. inter cauſas 26. ff. mandat. l. mandatum 15. C. eod. tit.* Sed ſuadente dotis favore, hæredis juri derogatum eſt, atque ita non ſolum mandatum poſt mortem domini durat, verumetiam irrevocabile manet, ut fert commune DD. placitum; de quo Morla *in empor. titul. de juriſdic. omn. judic. n. 103.* Sanch. *d. diſput. 6. num. 9.*

Unde colligitur in *d. §. ſi res.* minimè probari, non licere donatori pœnitere, quando in Cauſam piam liberalita-

66 tem exercet, etiamſi nulla interveniat acceptatio; Imò contrarium probat textus in *l. 1. C ſi mancip. ita fuer. alien.* Illud autem ex illo textu ſolùm deduci poteſt, eam revocationem mandati ad pias Cauſas, hæredi mandatoris non eſſe permiſſam. Nec rectè argui poteſt hoc modo: *Hæredi non licet revocare, ergo nec teſtatori licebat*; non enim legitimè

67 infertur, quando quidem donator ipſe poteſt ante acceptationē donationem revocare, ut notum eſt, quod hæres ejus non poteſt; Sāch. *d. dub. 1. num. 11.* & alij *infrà* referendi *num. 72.* ubi D. Covar. ſic docet, facitque. *l. 3. ff. de ſerv. export.*

Nec replicet aliquis, hoc eſſe contra proximè dicta; nam ſi hæres nequit revocare donationem, quam defunctus poterat, quomodo in caſu *d. l. ſi ego*, neceſſe fuit ſpecialis favor dotis, ne hæres revocaret donatum, ut dicitur in *d. §. ſi res.* Nam reſpondetur, *ibi* nullam fuiſſe donationem, cùm jure civili ante *l. ſi quis argentum, C. de donation.* illa non valeret, niſi ſtipulatione, aut traditione interveniente, & utrumque in *d. § ſi res*, defecit; ſi quidem donum datum non eſt illi, cui donatio facienda erat, ex quo conciliatur *l. 2. § ſi pecuniam, ff. de donat.* ubi pecuniam donator tradidit donatario, atque ita valuit donatio ſub conditione, quæ ſtatim per acceptationem irrevocabilis facta eſt, tam quoad donantem, quàm quoad hæredem, niſi ex defectu conditionis reſolveretur.

Quæ non impugnat principium *d. l. ſi ego*, quod D. Covar. allegat, in quo duplex eſt caſus. Primus quando res ita fuit tradita, ut ſtatim mulieris fieret, & revoca-

68 tioni non eſt locus, cum fuerit donatio omnino perfecta; *d. §. alia, Inſt. de donat.* Sed, matrimonio non contracto, condictio datur ad repetendum, quaſi cauſa non ſequuta, ob quam fuit datum *l. legem 9.* ubi Gloſ. *C. de donat.* Secundus caſus fuit cum res ſic eſt dedita, ut donatori maneret, dum nuptiæ non contrahebantur; quibus non celebratis, Conſultus vindicationem competere ait illi, qui tradidit; ſed non ideò negat, hoc caſu ſi donator vellet, potuiſſe pœnitere, cum nullum ſit impedimentum; ut ex proximè dictis ſatis colligitur. Similiter Imperator in *d. l. legem*, donatorem præſcriptis verbis agere poſſe ad implementum modi, quem donando adjecit, dixit; nec meminit condictionis ob cauſam, quæ illi etiam ad repetendum, quod dedit, competebat. *l. 1. Codic. de donat. quæ ſub mod.*

Verſ. *His equidem omnibus.*

69 Sequitur Menoch. *conſ. 296. num. 85.* & Ruin. *conſ. 7. num. 29. lib. 1.* & eſt receptius, licere, in contractibus innominatis etiam favore piæ Cauſæ geſtis pœnitere, quod

70 de jure communi procedit; nam quoad jus Regium, propter *d. l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopil* generaliter, in hujuſmodi contractibus locus pœnitentiæ non eſt, ſed offerens unus ex contrahentibus id ad quod tenetur, poterit alterum præciſè compellere, ut conventioni ſtet; quod magis obtinuit, etſi aliqui renuant; de quo Ant. Gom. *variar. lib. 2. capit. 8. numer. 4.* Parlador. *quotidianar. lib. 2. capit. 3. numer. 32. & different. 135. numer. 10.* Guttier. *de juram. confirmat. parte prima. cap. 35. numer. 1.* Gregor. Lop. *in l. 3. gloſ. 4. titul. 6. p. 5.* Perez. *in dict. l. 3. Ordinam.* Matienço *in dict. l. 2. Recop. gloſſ. 2. num. 6. 7.* Azeved. *in l. 1. numer. 6. titul. 21. lib. 4. Recopil.* Salced. ad Bern. Diaz. *reg. 549.* Par. Molin. *tom. 2. diſp. 258. numero octavo* Guzman *de evictionib. quæſt. 24. à numer. 58.* Pichard. *in §. actionum, quæſt. 27. à numer. 37. Inſt. de acti.* Quid de ju- 71 re Canonico? controverſum eſt; conſule ultra præ-allegatos, Fachin. *lib. 11. controverſiar. cap. 8.* Cancer. *variar. part. 1. cap. 5. num. 53.* Padillam *in l. naturalis, §. & ſiquidem, num 18. ff. de præſcript. verb.*

Ad Num. 17.

Quod hæres donatoris revocare nequit donationem non acceptam, docent Borrel. *in ſum. deciſion. tom. 3. titulo* 72 *decimo, numer. 156.* Trentacinq. *variar. libro. tertio, titul. de donat. reſolu. 1. numero decimo quarto, verſicul. Declara hunc, & verſicul. Licet donatio*, Molin. *de primogen. dict. capit. 2. numer. 77.* Iul. Clar. *dict. § donatio quæſtion. 13. in fine*, Hermoſ. *dict. l. 7. gloſ. 4. numero duodecimo.* Sanch. *dict. dub. 1. numero undecimo.* Cancer. *part. 1. capit. 8. numero quadrageſimo. primo.* Pat. Molin. *dict. diſputat. 265. numero decimo tertio* Robles de Salced, *ſuprà, libro tertio, capit 19. numer. 16.* Ex qua ſententia planè colligitur, mortuo donatore, validam manere donationem, acceptarique à donatario poſſe; ut docent Molin. *d. c. 2. nu. 77.* Fontanel. *part. 1. gloſ. 8. n. 6. 7.* & alij apud Hermoſillam *in dict. l. 1. gloſſ. 4. num. 50.*

Ad Num. 18.

Aſſentit Sanch. *d. dub. 1. in fine*, de quo Mareſcot. *variar. lib. 1. capit. 5. à num. 5.*

AD CAPUT XV.

Fructus pendentes rei venditæ, vel aliter in alium tranſlatæ, cui debeantur.

SUMMARIUM.

1 *Fructus pendentes tempore venditionis fundi ad emptorem pertinent.*
2 *Fœtus pecorum nondum editi inter fructus pendentes numerantur.*
3 *Venditor fundi tenetur de evictione pro fructibus pendentibus qui erant a tem.*
4 *Fundo locato vendito cum fructibus pendentibus cedunt emptori.*
5 *Re vendita, omnia cenſentur alienata, quæ illi cohærent, vel accedunt.*
6 *Fructus pendentes, & fundus, cui cohærent, eadem res cenſentur.*
7 *Una, eademque res diverſo jure cenſeri non debet.*
8 *Fructus pendentes inter immobilia computantur.*
9 *Quo ſenſu fructus pendentes pars fundi eſſe dicantur.*
10 *De intellectu,* l. fructus 45. ff. de rei vendicat. *remiſſivè.*
11 *Poſt perfectam venditionem, commodum, & incommodum rei venditæ ſpectant ad emptorem.*
12 *Commodo cedit, à quo periculum incipit.*
13 *Ratio propter quam fructus pendentes emptoris fiunt.*
14 *Non dividuntur, quia cum fundo empti ſunt.*
14 *Utrum fructus ſati, ac collecti poſt perfectam venditionem an ad emptorem pertineant.*
16 *Uſufructuarius nihil proprium habet in fructibus pendentibus.*
17 *Mortuo uſufructuario ante collectos fructus, omnes domino proprietatis cedunt.*
18 *Fructus pendentes tempore, quo dominium fideicommiſſi tranſit in fidecommiſſarium, ipſi debentur omnes.*
19 *Idem juris eſt de pendentibus, cum dies fideicommiſſi cedit, nec fidecommiſſa ius petere negligit.*
20 *De intellectu* Iulianus, § ſi fructibus, ff. de actionib. empt. *remiſſivè.*